

circumstantiæ circa eundem sunt actum, numerus autem operationum non circumstat vnam & eandem operationem, sed addit aliam, & aliam operationem, Ibi. col. 4. G

Circumstantiæ necessitate cognoscendæ a spiritali iudice, sunt transferentes in aliam speciem, & aggregantes in infinitum. i. adentes secundum se rationem peccati mortalis. Ibi.

Sicut in naturalibus quædam accidentia sunt secundum se formæ: quædam autem solummodo conditiones præsuppositarum formarum, i. in moralibus, quædam circumstantiæ sunt secundum se bonitates, vel malitias: quædam conditiones tantum suppositarum virtutum, vel malitiarum. Primæ faciunt actum bonum, vel malum, secundæ autem non. Itæ primæ sunt secundum se species quædam moralium, habentes propria obiecta, secundæ autem non. q. 18. ar. 10. f. 44. col. 2. E

Circumstantia quandoque, facit actum de bono aut non bono malum, dat speciem, q. 18. ar. 10. & 11. Ibi. col. 3. K

Circumstantia quandoque respicit specialem, i. secundum se proprium ordinem rationis, dat speciem. Ibi. col. 4. H

Circumstantia ut sic, nunquam dat speciem, sed oportet eam transire in differentiam, seu conditionem obiecti, q. 72. ar. 9. f. 155. col. 3. H

Nulla circumstantia mutat speciem nisi habeat rationem alterius motui, ut finis, non ita quod sit aut apprehendatur ut finis præiacens peccati, sed sufficit quod sit consuetus. Ibi.

Circumstantia specificas, eo ipso quod ingreditur latitudinem specificantiæ, oportet obiectum ordinem intrare, & differentiam seu conditionem obiectivam ponere formaliter & directe intantum, fol. 156. col. 1. E

Circumstantia faciens actum de non malo malum, dat speciem, q. 72. ar. 9. fol. 156. col. 1. K. & q. 76. artic. 4. fol. 168. col. 2. C

Conceptio. Quid de conceptione beatæ Virginis tenendum, q. 81. ar. 3. f. 179. col. 2. E

Cogitatio. Quomodo distinctio de cogitatione, ut est actio quædam, & ut est aliam actionem ordinata, sit ad propositum literæ, volenti quod in quantum primo modo consideratur, de ipsa habeat iudicium superior ratio, in quantum vero secundo modo accipitur, ad inferiorem rationem pertineat, q. 15. ar. 4. f. 35. col. 4. I

Conclusio, & operatio sequuntur debiliorem partem, q. 62. ar. 1. fol. 126. col. 4. I & quæst. 63. artic. 3. 129. col. 4. G

Concupiscentia inter passiones concupiscibilis, ut se tenet ex parte animæ, est maxime sensibilis, absque corporali namque coniunctione experimur concupiscere magis sensibiliter quam amare, odisse &c. & quia quod se tenet ex parte animæ, est formale in passionibus, ideo de passionibus istis formaliter loquendo dicitur, quod concupiscentia est magis sensibilis, q. 25. ar. 2. ad 1. fol. 60. col. 1. 2

Concupiscentiam esse infinitam potest intelligi dupliciter, scilicet, & subiective, seu ex parte obiecti, & ex parte actus, q. 30. ar. 4. f. 68. col. 1. A

Concupiscentia duplex, scilicet naturalis, & rationalis. Quæ absolute apprehensa delectatur, naturaliter concupiscuntur, alia autem quæ rationatione apprehensa delectatur, naturaliter concupiscuntur, q. 30. ar. 3. fol. 67. col. 4. G

Concupiscentia naturalis non est infinita, q. 30. art. 4. fol. 68. col. 2. A

Concupiscentiæ rationalis obiectum & est finis, & habet totaliter rationem finis: concupiscentiæ vero naturalis obiectum, est finis, non tamen habet totaliter rationem finis, tum quia habet rationem modificatam ad naturam: tum quia ordinatur ad alium finem inditum, scilicet naturam, quæstio. 30. artic. 4. ibidem. D

Concupiscibilis obiectum comparari ad obiectum irascibilem, ut commune ad proprium, & ad plura se extendere &c. non est ipsa se habere sicut uniuersale, & particulare, sed facit motus simpliciter, & inotus ad ubi, q. 25. ar. 1. f. 50. col. 2. E

Conscientiæ erroræ depositio fit non solum per oppositam rationem, aut veritatis dispositionem, sed etiam per exclusionem ab applicatione ad opus, q. 19. ar. 5. & 6. f. 46. col. 3. F

Consensus uterque, scilicet delectationem, & in actum secundum rem, quando fit secundum rationes temperamentales, est rationis inferioris, quando vero fit secundum rationes æternas, est rationis superioris: in hoc tamen est differentia, quod quædam est rationis inferioris, est etiam superioris, saltem negativè, sed non e converso, secundum appropriationem autem delectationis, iudicium, ac consensus unius, scilicet delectationis, ad inferiorem: alterius vero, scilicet actus, ad superiorem spectat, q. 74. ar. 7. f. 162. col. 2. D

Quomodo hæc duo sentiantur simul, quando incertum est, an secundum rationes diuinas resistatur, vel non, nullum iudicium rationis habet rationem finis sententiæ, & consensus in delectationem cognitionis pertinet ad rationem inferiorem, q. 15. ar. 4. fol. 35. col. 4. G

Consilium significat inquisitionem completam, i. usque ad iudicium inclusive, q. 14. ar. 1. f. 33. col. 3. H

Consilium licet absolute sit prius electione, & eius causa, modo tamen doctrinæ habet, ut prius de ipsa electione secundum se, & deinde de consilio eius causa tractetur, & hoc ut prius tractetur quid est, & deinde causa extrinseca illius, quæst. 13. in princip. fol. 31. col. 3. I

Consilii processus esse simpliciter resolutiuus: quia n. consilium finem & ad finem in materia agenda tantum, & propter agendum, & quomodo agendum a posterioribus secundum esse in priora considerat, resoluitur simpliciter dicitur, q. 15. ar. 4. f. 34. col. 3. F

Consuetudinem legi derogantem non oportet ab actu illicito inchoare, si tamen ab illicito tunc actibus inchoasset, ex quo inualuit, & iam consuetudinis vim habet, legi scripte derogat, q. 97. ar. 3. f. 210. col. 4. G

Cordis uariis motus ex apprehensione, & appetitu animali nascentis, corpus mouet, & alterat secundum diuersas qualitates: alteratum autem corpus uariè etiam afficit imaginationem & appetitum, & uariè disponitur ipsum corpus ex hoc ad sanitatem, & ad habilitatem hanc, uel illam, q. 17. ar. 7 ad 2. fol. 39. col. 2. A

Dispositio requisita ad motum cordis, & membri pudenti, non est qualitas sequens passionem appetitus, mediantem motu cordis, sed est qualitas naturalis solius nature subiectæ, per quam motus iste non uoluntarius, sed naturalis est, q. 17. ar. 9. ibid. col. 4. K

Cors, & pudenda habent proprium motum naturalem, quia quodlibet eorum est quasi separatam animal, & quia